Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

II. De poenitentibus subito mortuis, vt eorum oblationes recipiantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

ANNO CHRISTI 442.

VI. *De epiſtola S. Clementis, quod ab iis auerti debeāt qui ſubſunt, a quibus qui præeſt auerſus eſt.*

VII. *Accuſandi licentia etiam in epiſcopis reprimenda.*

VIII. *De correptione in criminibus occultis.*

IX. *De expoſitis collectis quid ſit obſeruandum.*

X. *De iis qui expoſitos per calumniam repetunt.*

CANONES.

I.

PLACVIT ergo tractatu habito, epiſcopos de Gallicanis prouinciis venientes inter Gallias non diſcutiendos: ſed ſolum ſufficere, ſi nullus communionem alicuius interdixerit. quia inter circumhabitantes, ac ſibi pene inuicem notos, non tam teſtimonio indigent probi, quam denotatione ac denuntiationibus deprauati.

II.

Pro his qui pœnitentia accepta, in bonæ vitæ curſu ſatisfactoria compunctione viuentes, ſine communione inopinato nonnunquam tranſitu, in agris aut in itineribus præueniuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam eccleſiaſtico affectu proſequendam: quia nefas eſt eorum commemorationes excludi a ſalutaribus ſacris, qui ad eadem ſacra fideli affectu contendentes, dum ſe diutius reos ſtatuunt, indignos ſalutiferis myſteriis iudicant, ac dum purgatiores reſtitui deſiderant, abſque ſacramentorum viatico intercipiuntur: quibus fortaſſe nec abſolutiſſimam reconciliationem ſacerdos denegandam putaſſet.

III.

Per ſingula territoria presbyteri, vel miniſtri, ab epiſcopis, non prout libitum fuerit, a viciniori- Iuo pag. 1. cap. 172.